Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 2291
Quelle:
Copyright:



## DCVII.

137 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 220. f. nitide ſcriptus, rubroque diſtinctus hoc gaudet titulo: *Incipit tractatus de ſeptem Vicijs capitalibus Et primo de peccato lingue.* Sed fallit hic promiſſor; Tractatus enim de Peccato Linguae omnium ultimus eſt, ut mox adparet; nam ſequitur: *Tractatus iſte continet nouem partes. Prima pars continet de bijs. que valent ad deteſtationem vicij in communi. Secunda pars continet de vitio gule. Tertia pars continet de vitio luxurie. Quarta de auaritia. Quinta de accidia. Sexta de ſuperbia. Septima de inuidia. Octaua de ira. Nona de peccato lingue.* Succedunt Summaria *Capitum*, et initium Operis: *Incipit tractatus moralis de 7 vicijs capitalibus Et primo de gule. Dicturi de ſingulis vicijs cum opportunitas ſe offert* &c. Extrema: *ultimo ad commendationem ſilencij poteſt valere illud ſapientis Locutum eſſe aliquando penituit tacere nunquam &c. Explicit ſumma de vicijs et modis qualiter poſſint et debeant caueri et uitari.* Licet Codices mſ. utilis hujus Operis plerumque ἀδέσποτοι ſint, certum tamen eſt, pertinere illud ad *Guilelmum* ſeu *Wilhelmum Peraldum*, alias *de Peyrauta*, *de Peraut*, *de Petralta* Gallum Ord. Praed. qui Sec. XIII. etiam *Summam de Virtutibus* reliquit. Utraque Summa primis ab inventa Typographia annis ſaepius impreſſa titulum *Epiſcopi Lugdunenſis Guilelmo* defert, quem tamen illi negat *Quetifus Scriptt. Ord. Praed.* T. I. p. 132. Confer *Codd.* praecedd.

## DCVIII.

Codex chartaceus lat. Sec. 295
XV. Folior. 51. f. Doctrinam variam de *Virtutibus*, *Vitiis* et *Officiis* Hominis chriſtiani, aut Religioſi συνοπτικως ad certos numeros redactam complectitur. Initium eſt: *Nota de qualitate confeſſionis. Qualis autem debeat eſſe confeſſio a Magiſtris in bijs uerſibus continetur.*

*Sit ſimplex. humilis. confeſſio pura. fidelis* &c.

Ita ſequuntur XXIV. Genera hominum, *qui falſificant fidem.* VII. *que diſponunt hominem ad ſuſceptionem ſpiritus ſancti.* X. *Modi*, quibus committitur Luxuria. IX. *pene inferni.* VII. *vices* detractionis &c. Atque omnia haec in *Tabellas* diſpoſita, Praedicatoribusque illius aevi, qui dicenda minutatim partiebantur, peropportuna, hodie nullius uſus.

## DCIX.

Codex membraneus lat. Sec. 743
XI. Folior. 103. 8. luculente quamvis non una manu perſcriptus complectitur: I. *Hincmari*

celebris